

Bermon.

sursum tendit ut celo empireo tanq; suo
perfecibili vniatur.sic omnia que de terra
nascuntur.in terram reuertuntur Ecclesia.
tercio. Omnia pergunt ad unum locum q
de terra facta sunt et in terram pariter reuer
tuntur. Sic anima rationalis que a deo est
ad deum iusto ordine reuertetur. quod no
solum figura vestrum est sed etiam scriptura
ostenditur. dicitur enim Ecclesiast. duo
decimo. Reuertatur pulvis in terram suam
vnde erat. et spiritus redeat ad dominum
qui dedit illum. vnde te homine christo dicitur
Iohannis. Sciens iesus quia a deo exiuit
et ad deum vadiit. vnde Bernardus. Spi
ritus rationalis quia imago dei est. intelli
git et scit se posse et tebere adhuc ei cuius
imago est. quod cum in homine perficitur
tunc complexe dicitur cursum suum. De hac
fine consummationis iterum dicit Bernardus.
Hoc est testimatum solitarii certamini
nis brauium. hic finis. hic premium. hic re
quies laborum. consolatio dolorum. et ipsa
hominis perfectio et vera eius sapientia. om
nes amplectens et continens in levitutes
non aliunde collectas sed naturaliter insi
tas. ad similitudinem dei qua est ipse quic
quid est et hec est hominis iusti in hac vita
perfectio. et perfectio huius perfectionis ibi
erit ubi erit brauium superne vocatis per
fecta apprehensio. ad quam tunc.

XXXV. De sancto benedicto.

Quicunq; hac re
gulam secuti fuerint. pax super illos
et misericordia et super israel dei Gall.
sextro. **O** Dicit Ambro. Ad sanctissimi
et beatissimi patris nostri benedicti cuius
hodie festa celebramus laudes addidisse a
liquid decerpisse est. eo quod illa nobilis lingua
gregorii quicquid laudis eius accipi poterat.
vernantis eloquij finone magnifico
gloriose depinxit. totam vitam eius et actus
tam magnifice extollens. ut laudi eius nihil
amplius addi queat. quod si quid deuotio
ne urgente de nostro aliquid addere cupimus.
non verbis sed operibus illud fiat. sic
enim dicit ambrosius. quod virtutum eius glo
ria non finibus exponenda est sed operi

bus comprobanda. Suprema enim laus
deo et sanctis eius gloriosa et nobis utilis
sima consistit in ipsorum imitatione ut sequa
mur vestigia eorum non declinantes ad de
xteram nec ad sinistram. propter quod ab
propositum est inductum quod nobis mi
nistrat materiam imitandi. nam in regula
que nobis proponitur vita eius gloria re
lucet. Dicit enim Bermon. quod non potuit aliter
docere quam perit. nec alii vivere quam docebat
Non sciendum ergo quod in verbis propositis
duplex nobis regula proponitur imitandivi
teliter doctrinalis et exemplaris. **D**octrina
lis est illa editio que hodie per vniuersum
ordinem cisterciensem. ad legendum in nostris
capitulis inchoatur. in qua doceri et quod se
cundum deum et gloriosum legislatorum nosque
benedictum vivere debeamus. **E**xemplaris
autem regula est sanctissimi patris nostri vita
que nobis tam in lectione quam in canibus
ad memoriam reuocatur. te prima regula
sit primus fimo. de secunda Icdus. **D**e pri
ma regula psequentes. sciendum quod in verbis
propositis nostra intelligimus. scilicet sequentium
paucitatem. regule auctoritate. imitatione
vulgaritatem. **P**rimo ibi quicunque. secundo ibi. et
hanc regulam secuti fuerint. tertius ibi. et
pax tecum. **O** Primus adhuc tria contine
scdum quod hec distributio quicunque tria impli
cat. Insinuat enim nobis dei largitatem. se
quentium paucitatem. regule libertatem.
Primo dico huc distributio quicunque innu
it nobis dei largitatem. ac si dicatur. Quia
dei largitas nulli se derrogat. nulli se subtra
bit. sed stans in publico cuilibet se offert si
num gratie nulli claudens. sed secundum
capacitatem sequentius sue largitatis gra
tiam amministrat. **D**icit enim pb. losophus.
quod non est ponere vacuum. sed quantum nos
exinanimus de obstatulis grane. tantum de
bonis domini adimplentur. **D**icit enim bern
ardus. Quarto quis de terrenis evacuabit
tanto de bonis celestibus impletur. si m
ultum. si parum parum. quia sicut
in Regum quarto dicitur. ubi vasa vacua non
fuerint ibi locum stare necesse est quia sicut
in collationibus patrum dicitur. dñe lar
gitans munificentia secundum mensuram

fidei in qua unumquemque reperit gratiam largitur. credentem namque ad emundationem lepre sue voluntatis christi sola sufficit voluntatis sue solo curavit assensu dicendo. Volo mundare. Alteri deprecantur adueniens per impositionem manus defunctam filiam suscitarer. ingressus domum ei? eodem modo ut ille rogauerat exhibebat. Alij credenti summam salutis in solius vobis sui prolatione consistere cum diceret. Dic tantum verbo et sanabitur puer meus. per finis imperium resoluens artus pestis no rotore solidauit. dicens. Glade et sic creditis fratres tibi. Inter alios autem virtutem curationis ita effluenter effudit ut de his euangelista commemoret. et curauit omnes languores eorum. inter alios autem illa immensa beneficiorum abyssus ita obdurata est ut dicatur. Non potuit iesus inter illos facere virtutes propter incredulitatem illorum et ira largitas dei non in uniformem maiestatis sue potentiam sed summa capacitate et affectum perentium gratiam suaz singulis impartitur. P Secundo hec dictio distributiva quicunque insinuat sequentium paucitatem. ac si dicatur. Quicunque de multitudine omnium. quia pauci sunt qui expedire sequantur regulam. Si enim in via preceptorum pauci sunt qui sequantur dominum ipso dicente. Multi sunt vero pauci vero electi. quanto minus in via consiliorum in quo non dicimus quod pauci debet qui sunt in ordine saluantur quod dum esset dicere. sed quod minus haberet iusticia supplet misericordia. Hoc tamen audacter dicamus ex sententia salvatoris innata euangelice veritati. quia licet multi sint vocati. pauci tamen sunt electi. quia acta est via quod ducit ad vitam et pauci ambulant in ea. Cur autem pauci sunt qui saluentur multe sunt cause. Hoc enim contingit propter impedimentum demonum dolositatem concupisibilis peccatarum cadendi pronitare et resurgendi difficultatem et standi debilitatem. propter quod dominus queritur mibee. viij. di. Elembi quia factus sum sic quod colligit in autumno racemos vindemie non est bons ad comedendum. Item Esaie. xliij.

Quomodo si pauci oline que remanserunt excutiantur de oleo et racemi cuius fuerit finita vindemia. Hinc cristo. Timendum est christianis ne eo modo introeant in regnum celorum quo filii israel in terram promissionis scilicet duo tantum de omni multitudine quia solum per unam viam scilicet caritatem iter ad regnum celorum. sed per septem mortalia peccata rancor per septem vias descenderunt ad infernum. Tercio lxx dictio distributio quicunque implicat regule libertatem. quia omnibus patet accessus ad eam et nulli penitus denegatur. dicit Bernardus. Regula sancti benedicti ut ego sentio omnibus homini proponitur. imponitur nulli. pdest si deuote suscipitur et tenetur. non tamen si non suscipitur obest. quod autem in voluntate est suscipientis non in potestate proprietatis voluntarium merito dixerim non necessarium. Altamen hoc ipsum quod dico voluntarium. si quis ex propria voluntate semel commiserit et promiserit. deinceps in necessarium communatur. nihil iam liberum habet dimittere quod ante non suscipere liberum habuit. ideo quod ex voluntate suscipit ex necessitate tenebit. Sequitur secundum mebrum scilicet hanc regulam. in quo regule nostre auctoritate diximus designari. Quoniam enim per universum ordinem cisterciensium. hodie hoc est in die sancti benedicti in capitulis nostris regula incipiat. post cuius lectio nem sum statim subiungitur. conuenienter valde hoc pronomen hanc. quod est demonstrativum regula iam lecta demonstratur et de ea dicitur. Quicunque hanc regulam. R De hoc ergo membro tria dicantur per ordinem. scilicet de voti obligacione secundo de horum que votum adiuuant insinuatione. tertio de finis affectione. Primo dicendum est de voti obligatione hoc est quid votantes statim religionis promittimus. non autem promittimus regulam obseruare vel perfectionis statum nos velle consumare. quia si hoc promitteremus. tunc non soluentes essent voti transgressores. quod nimis difficile videretur. sed promittimus nos velle conari nos velle exercitare et opera dare ut per perfectionem vite attingamus. et quicunque

Bernio.

ab hoc conatu et voluntate conandi recedes/
ret. esset utique transgressor voti. Uniquod
et autem tunc perfectum dicitur cum attin-
git proprium finem qui est ultima rei perse-
cio. Utinus autem humane vite terminus
est ipse deus ad quem tanquam in ultimum
finem et iuuum perfectibile tendere debet a/
nimam rationalis. quem cum apprehenderimus
dicimus iam perfecti. Hunc autem finem
perfecte non apprehendimus in hac vita. S/
ideo nobis hic finis proponitur ut sciamus
quo sit conandum. nam ad hunc finem in fu-
turo consequendum promouentia sunt ar-
ripienda et impedientia proticienda. et hoc
duo cum magno et indeficienti studio sint
facienda et continuanda. quod ergo primus
est in intentione ultimus erit in executione et
quod ultimus est in intentione ultimum est
in executione. **S** Primo ergo dicen-
dum est de conatu agendi. Deinde de cona-
tu nocua abiiciendi. tertio de conatu pmo-
uentia arripiendi. que se iusto ordine adin-
uicez consequuntur. quod patet per ordinem
retrogradum. Non enim finem deum co-
sequimur nisi per caritatem. nec illam con-
sequimur nisi alia amabilia abiiciamus.
nec illa duo perficimus nisi per indeficien-
tem conatum ad ea scriter contendamus.
Primo ergo dicamus de conatu quem per
votum regule vovemus. Hunc autem bo-
num et sanctum habemus conatum. si stu-
duerimus et exercita uerimus. scilicet de co-
tingentibus quantum iuuamur nihil ob-
mittamus. sed sicut ait apostolus. siue pre-
sentes siue absententes contendamus pla-
cere deo. ne impetretur nobis illud. Iere-
mie quadraginta octauo. Nec iuxta quod
potuit conatus est facere. et hunc conatum
pro perfectione accipit a nobis deus. Unde
super illo verbo psalmiste. Imperfectum me-
um viderunt oculi tui et in libro tuo omnes
dicit Bernardus. In libro tuo omnes
scribentur tanquam perfecti. et subiungit. Qui
omne quod possunt faciunt. Si autem ab
hoc conatu deficimus a voto nostro recedi-
mus. et per consequens cadimus a salute.
Vnde Bernardus super illo verbo. Ambu-
late dum lucem habetis dicit. Non ambu-

lantem sed sedentem a mortis tenebris co-
prehendi periculum est. et quis sedet nisi q
non curat proficere. Id cauero. et si morte p
occupatus fueris in refrigerio eris. Si ce-
go in solo conatu permanebimus. votum
solum soluimus. et locuplem nobis pro perse-
ctione reputatur dicit enim iterum Bern.
In defensione proficiendi studium et iugis
conatus perfectio reputatur. **I** Expe-
rito ergo te conatu indeficien. secundo di-
cendum est de studio impedientia ambi-
uendi. et hoc quantum de presenti voto re-
gule sunt tria a quibus tanquam a radicibus
pullular omnemaluz. Abiciamus ergo di-
uias induentes paupertatem. carnis deli-
tias respuentes assumentes castitatem. co-
dis vicia et maxime propriam voluntatem
prosequentes diuinam voluntatem poter-
tentiam. que tria necessario abiiciuntur et
eis de necessario renunciamus. si tamen ad
finem nostrum conari intendimus ut op-
pet. Cum enim per solam caritatem finem
perfectionis attingamus. illam non conse-
quimur. nisi priora amabilia reliquamus.
quia amor partitus in multa non erit effi-
cax ad deum. Nam vt ait iohannes. Noli
te diligere mundum. neque ea q in mundo sunt q
sunt predicta tria. Quare. Quia qui dilig-
git mundum non est caritas patris in eo.
Tercio dicendum est de studio et conatu p/
mouentia assumendi. hoc est omnia que nos
ad perfectionem peruenientia assumamus. q licet
sint multa. vi poterentia que sunt de genere
bonorum. illa tamq sunt singulariter pseque-
nda que homo xps iesus nobis pposuit in se-
ipso. que sunt humilitas vite austerior be-
nignitas pietas et ante oia huc caritas. Ha-
bit ait iohanna. qui dicit se in xpo manere debet
sic ille ambulauit et ipse ambulare aliqui
perfectione vite quam dulcis iesus in seipso
nobis pposuit nullatenus psequimur. nam
perfectio vite huius in sola perfectione eas-
titatis distit p quam affectus hominis tota-
liter in deo fuit. Et hoc solum contingit in
patr. et hoc est illa caritas te qua preap-
paruit matth. vi. Diliges dnm te tu ex to co-
mito. et ex to a. t. et c. quam deus non ideo peccat
ut preuaticates ncs constitutus cu no

possit impleri. s ut sciamus quo sit conandum. **V**erum tamen sciendum qd sanctus thomas duplicem ponit caritatē. **V**iam qua sedm omnes affectus toti et totaliter et semper ferimur in deum. et hec non nisi in patria possideatur qd i hac via vita non poterit adimpleri. **D**e qua dicit bern. Ego puton hic impletum iri. diliges domum deum ac quousq; ipm cor cogitare iam non cogatur de corpore. **I**mpossibile namq; est totas hanc et toto ad deum posse colligere. diuino insigere vultui. quamdiu huic fragili et cummodo corpori cogimur defuisse. **L**ucanum implebimus cuz introducens fuerit fidelis filius in gaudium domini sui. quasi immo modo quodammodo oblitus lui et a se penitus velut deficiens totus pergit in deum et deinceps adhucens ei unus spiritus erit cum eo. **X** Secunda caritas est qua totaliter ferimur in deum s ad punctum et veluti ad momentum. et hec viris perfectis sumis possibilis est in hac vita. **D**e qua auctor. super illo verbo. Diliges dominum tecum. vsq; tota virtute tua dicit. **H**ec totalitas qd hoc intendit oēs motus anime in deum referantur. sic non implerit in hac vita nisi solitan ad tempus breuissimum a viris perfectissimis quod idipm sibi faciunt afferit dicens Cum in hunc sero tibi deus ex omni mensaq; erit dolor et labor. viua erit anima mea tota plena te ad quam si conamur nihil de pungentibus obmittentes. ex hoc et nos perfectionem dicimus attrigisse. **H**equitur tertiū principale scilicet enim super eum pax misericordia et super israel dei. In quibus verbis tria bona sequentibus regulam promittit apostolus. scz mentis tranquillitatē misericordie largitatem. dei caritatem. **P**ar mibi pax. secundum ibi misericordia. tertium ibi et super israel dei. **y** De quo scienduq; qd viuimus in hac vita malo triplici subiacemus. scz malo periculose impugnationis. malo dispendiōse pmissione et malo defectuose operationis vel etiā timorose indignationis. **D**imo dico subiacemus malo periculose impugnationis. Impugnant enim nos tres hostes scilicet caro mundus et demones. quoq; impugna-

tio est periculosa. quia caro vicina. mundus magnus et demones multi. **C**ontra hos datur pars sequentib; regulam quod per Esaiam promittitur cum dicitur. Longe effugiantur a te qui absorbebat te. diceturq; eis illud. j. reg. xv. **S**it tibi pax. sit domini tue pax et omni ibi quecumque habebes sit pax. dans triplicem pacem contra tres hostes.

Dinc petrus dicit. Quis est qui vobis nocteat si boni emulatores fueritis. ac si dicat. nemo. quia ut ait grecus nulla nocebit aduersitas si nulla dñeatur iniquitas. **S**ed etiam subiacemus malo dispendiōse cōmissionis. qd peccata cōmittimus incessanter. de quo ia. iii. vi. In multis offendimus omnes. Contra hoc malum datur ei misericordia ut faciliter remittantur. **A**nde prouet. xvi. dicit Per misericordiam purgatur peccata. ezech. xvi. Expandi amictū meū super te. et operari ignominiam tuā. Amictum vocans misericordiam. **D**inc mar. xvi. Et si mortiferū quid biberint non eos nocebit. ut non solum mala non noceant sed modo etiam cooperentur in bonum. **Z** Secundo subiacemus malo defectuose operationis et timore indignationis. Sit enim tam vilia et p. nulla in iudicio divine veritatis opera nostra et tam defecuosa ut merito timeamus ea in dei oculis displicere et p. p. sue nos indignationi subiacere quibus p. consolatione dñe et sup israel dei. ac si dicat. Deus. **S**icut caritas mea est sup israel. i. sup celestes spiritus cui iuste israel. i. videntes deum dicunt et p. p. sup omnia eorum opera. sic vos placetis et p. p. omnia opera vestra placent. diceturq; eis illud Eccl. ix. Glade et comedite panem tuum in leticia et bibe cum gaudio vinum tuum. qd deo placet opera tua. **P**otest et aliter exponi hec precula scz sup israel dei. ut p. hoc describat et specificet eos quibus pax et misericordia sit promissa. ac si dicatur. Pax et misericordia erit sup illos. qui in regla ira perficiunt ut fiat de israel. i. preplantantes deum. non sup quilibet ouētes et non soluētes. sed sup eos qui gratia protinus ita perficiunt ut sciāt deum spūaliter premplari. qui in trinitate est et ceterum.

XXXVI. De annunciatione beate Marie virginis.

b 3

Chre m̄f̄sc̄p̄io folio 3 et 4
et p. parte lega p. folia negligit. et p. p. dñe
quod sit de f. f. Annunciatione beate marie
et p. dñe. h. hoc et ibi dñe. p. qd qd qd folio
et p. parte p. et p. m̄f̄sc̄p̄io